



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Capvt XXVII. Cura Dei in Matrimonijs etiam conseruandis, diuinæ
Scripturæ exemplis patefit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

Hic stat amans, & amans; fur vnus, & altera scortum:
Coniugium, his sponsis, dæmon felicitet, ortum.

C A P V T. XXVII.

Cura Dei, in Matrimonijs etiam conseruandis, diuine
scripturæ, exemplis patefit.

I.



Noniam Non minor est virtus, quàm quereve, partatu-
ri, æquè Deus inuigilat, vt matrimonia conseruet, ac
vt constituat. Quid prodest figulo, limum efformare
in vrceum, & mox iterum frangere, ? Cùm ergo conlitterit, su-
preum Mundi Governatorem, non minùs attendere coniu-
gijs conseruandis, quàm inchoandis, nihil accusari poterit eius
bonitas, si hominum vitio quædam matrimonia malè dissolu-
tur, aut ærumnis miserè corrumuntur. Ad matrimonia igitur
firmanda, non dominium modò rectè est ordinatum, sed multa
etiam alia luculentè sunt facta. Eua, postquam & ipsa præu-
ricata est, & maritum secum traxit in peccatum, non legitur,
quidem vnquam cum Adamo litigauisse, legitur tamen audi-
uisse: *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore pa-
ries filios, & sub viri potestate eris* (quæ est molestissima femine
superbiæ pœna) & *ipse dominabitur tui*, quia virum seduxit;
mala ductrix, ac proinde *ducenda* potius, quàm *ductura*. Hinc
meritò vir vxorem, non vxor virum ducere dicitur. Nam, hic,
vir accepit potestatem, vxorem coërcendi & puniendi. Secun-
dùm Romanas etiam leges, licet gentiles, adeò vxor, *sub viri
potestate erat*, vt non licuerit ei condere testamentum, sine viri
auctoritate: & quia sub viri erat manu, capite diminuta dice-
batur. Hæc ipsa subiectio vxoris, & dominatus viri siue iustus,
moderatus & ex lege, etiam naturæ ortus; siue imperiosus &
tyrannicus, ac præter naturam, semper faminae molestus &
pœna peccati est; ex eo tamen duplex vtilitas nascitur. Nam
sic vxor peccatum luit & commune illud, & priuarum ac per-
sonale; ac insuper velut fræno quodam coërcetur. Doctè ille:
*Mulier nec docere potest, nec testis esse, nec fidem dicere, nec iudi-
care: quanto magis non potest, aut non debet imperare?* Vt ergo
matr-

Gen. 3. 16.

matrimonij prospiceretur, imperium penes virum est; idque & naturæ, & Dei institutione, & D. Pauli mandato. Quibus omnibus renunciant, qui non tantum clauem, sed etiam clauum & sceptrum vxoribus relinquunt; longeque stultissime illi agunt Iudæi, qui, vt ex oculato teste scio, Neostadij, in nuptiarum die, à certa meta sponsum & sponsam decurrere sinunt. Currunt quàm contentissime ambo, & qui eorum prior ad ostium domus perueniens ianua marculum ansamue apprehendit, apprehendit & imperium, ac omni reliqua vita alteri dominatur. Tantum est præmiũ celeritatis. Hic regni acquirendi modus nõ tantum podagricis est iniquus, & ebrijs aduersus, sed etiam diuinæ prouidentia manum iniecit, quæ vidit, quale futurũ esset regimẽ, si femina insolescere sinerentur. Hinc viro dominium dedit. Atque hæc cura Dei, in primo statim matrimonio, sese ostendit. Virum in caput constituit, vt fæminam puniret: fæminam subiectione puniuit, vt ne dissidia nascerentur, si duo, in vna domo, regnarent. Optimum regimen monarchia.

Iratu Mundo Deus diluuium cogitabat nimbofissime effundere. Itaque ad Noë dixit: *Vniuersa, quæ in terra sunt, conseruentur. Ponamq; fœdus mecum tecum: & ingredieris arcam tuam, & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum, tecum. Et ex cunctis animantibus vniuersa carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum: masculini sexus & feminini, &c.* In ipsa ira misericordiæ recordatus est; & ne genus humanum totum extingueretur, conseruator Vniuersi, coniugium conseruauit, atque vxorem vnã ingredi cum coniuge iussit. Quid ni hoc hominibus faceret, qui & cunctas in arcam ingredi voluit binas animantes? easque non captas à Noë, sed sponte venientes; aut potius ab angelo cuiusque speciei custode actas? Idcirco enim ad Noë dicitur: *Intrabunt ad te.* Quod si cura est DEO, de coniugio bouum & mutorum animalium, quantò magis curabit, vt humana matrimonia facta tecta conseruentur? per quæ illi propagantur, ob quos, *oues & boues & pecora campi*, &c. totus denique visibilis iste Mundus est creatus? Sic Deus coniugium, non tantum in paradiso, sed etiam in diluuiio fulciuit; illustri præ-

S. Augustinus
in qq.

II.
Gen, 6. 17.

S. Augustinus
lib. 15. c. 17.

fagio, illud etiam, fecuturis sæculis, inter magnas sæpe procel-
las, tuendum.

III.

Sed & illud est, clarissimum exemplum, quod, in Ægypto,
circa Abraham, euenit. Fame is patriam deserere est coactus;
& si illius consilia, ex humano metu profecta, diuina auxilia
desituissent, utique etiam vxorem deserere coactus esset. Ve-
rùm adfuit Saræ Deus, & Pharaonem acerbè flagellauit, ne
sanctissimum coniugium vel inscius contaminaret. Inuat ipsa
sacra verba audire. *Facta est autem fames in terra, descendit
Abram in Ægyptum, ut peregrinaretur ibi: prauauerat enim fa-
mes in terra. Cumq; prope esset, ut ingrederetur in Ægyptum, dixit
Sarai uxori suæ: Noui, quod pulchra sis mulier: & quod, cum vi-
derint te Ægyptij, dicturi sunt, vxor ipsius est: & interficient me, &
te reseruabunt. Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis: ut bene sit
mihi, propter te, & uiuat anima mea, ob gratiam tui. Cùm itaque
ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem, quod
esset pulchra nimis. Et nuncianerunt principes Pharaoni, & lauda-
uerunt eam, apud illum: & sublata est mulier in domum Pharaonis.
Abram verò bene usi sunt, propter illam: fuerunt q; ei, oves & boves,
& asini & serui, & famula, & asina, & cameli. Flagellauit autem
Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius, propter Sarai
vxorem Abram. Vocauit q; Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam
est hoc, quod fecisti mihi? quare non indicasti, quod vxor tua es?
Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, ut tollerem eam mihi
vxorem? Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam & vade. Pre-
cepit q; Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum, & vxor-
em illius, & omnia, quæ habebat. Hæc est historia. In qua diui-
ni consilij series, à fame incipit, quæ Abrahamum, ex Chana-
næa, coëgit in Ægyptum, ob exundationem oblationemque
Nili, natura sua, fertilem, atque ad lasciuam Ægyptiorum ju-
uentutem descendere. Deinde, quia periculum nunquam sine pe-
riculo pellitur, cauit vitæ suæ Abram, quod cauere poterat & de-
bebat. Quare cùm certò occisus esset, si se Sarai maritum affir-
masset, nomen mariti voluit dissimulari.*

Gen. 12. 10.

IV.

S. Ambros.
l. 1. de Abram.
c. 2.

Ac licet D. Ambrosius scribat: *Sara, ut tueretur maritum,
mentita est germanitatem, tamen re ipsa, nec Sara, nec Abram
mentus*

mentitus est, erat enim verè soror, more gentis illius, quæ nepotes sorores, nepotes fratres vocabat, vnde & alio loco ait: *Alias autem & verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris mea, & duxi eam in uxorem*; siquidem, vt tradit S. Chrysostomus, omnes, in familia Thare, ipsum Thare patrem nominabant, non secus ac si omnes inter se fratres & sorores fuissent; præcipuè quando, mortuo Aran, patre Saræ & Lot, Thare, non solùm aui, sed patris quoque loco habuerunt, quem admodum & nos auos nostros, *magnos patres* solemus appellare. Cùm ergo dixit Abram, Saram esse Sororem suam, non est mentitus, intellexit enim, Saram esse ex eodem magno patre, seu auo Thare,, licet, per aliam matrem descenderet, adeò vt Thare duas habuerit vxores, è quarum vna natus sit Abram, ex altera Aran, qui genuit Saram & Lot. Etsi enim nunc, legepositiua, illicitum est coniugium in secundo gradu collateralium, vt inter patruum & neptem hîc fuit, tamen olim non fuit illicitum, neque lege naturæ vetitum; sed, ob homines, per totum terrarum orbem, propagandos, vsitatum. Alia res est de primo, seu rectæ, seu lateralis lineæ, gradu consanguinitatis, vt inter verè fratrem & sororem, ex eodem patre aut matre natos: in quo gradu iure naturæ illicitum irritumque est, matrimonium. Vnde non est credibile, Saram propriè fuisse Abræ sororem.

At videtur Abram vxorem suam adulterandi periculo exposuisse, atq; ita in lenocinij suspiciõnẽ vocari posse? Nequaquam. Duo enim hîc spectari possunt, primum est, iussisse eum, vt Sara taceret, quòd esset vxor, ne ob eam, occideretur. Hoc vtique rectè cauit. Alterum, cauere non poterat, ne scilicet vxor, ab incontinentibus Ægyptijs violaretur; istud igitur periculum Deo; magnâ fiduciâ commendauit. Nouerat quippe, se in hoc tanto discrimine articuloque necessitatis, Deo curæ esse. Quare voluit & hîc pater fidei, contra spem, in spem credere. Aiunt nonnulli, Abramum, Dei instinctu, hæc dixisse & fecisse. Quod vel euentus probauit. *Flagellauit enim Dominus Pharaonem*, ob Saram, quæ inuita rapta fuit, non ob adulterium, cùm nesciret esse Abrahæ coniugem, immo cùm eam ne

Vu 3 attigerit

S. Augustin.
lib. 22. contr.
Faustum c. 35.

V.

Ita S. August.
lib. cit. c. 33.

attigerit quidem. Futura enim erat quasi coniux saltem secunda regis. Neque pudicitia Saræ permittit credere, eam apud Pharaonem, nisi castam & inuiolatam permansisse: sicut & Iudith illibata, apud ebriosum & libidinosum Holofernem permansit. Ut autem Deus ostenderet, se esse zelosum matrimoniorum defensorem, acriter Pharaonem flagellauit; plagis proximis, quas Philo morbos & dolores grauissimos, Iosephus per silentiam fuisse existimauit; ita ut neque diu, neque noctu quiescere, aut respirare posset. Quamobrem etiam hinc impletum est illud: *Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis regem.* Corripuit certe Pharaonem, ne Abraham coniugium conspurcasset. Et est mirabile, ob vnum aduenam, regem cum tota domo & omni regno, fuisse adeo seuerè flagellatum. Scribunt enim boni auctores, propter hoc Pharaonis peccatum, tam hominum, quam animalium sterilitatem consecutam. Scilicet: *Dominus custodit aduenam, & reges corripit castitati infidantes.* *Alfonsus V. Legionis rex, Theresiam sororem suam eisdem Abdali Saraceno Regi Toleti uxorem dedit, ut ei auxilium prestaret, contra regem Corduba. Ipsa autem reuens suasis Abdali, ne se tangere, à Christo Filio Dei aliqui percutiendus. At rex impius talia deridens, eam complecti tentauit: sed illico ab Angelo percussus est, qui ad mortem. Quare, vocatis familiaribus, sanctam Virginem aurum argento ac preciosis vestibus onustam ad Legionem remisit, qua in monasterio S. Pelagij vitam calibem fecit. Si tantus est castitatis zelator Deus, ut nec matrimonio quidem sinat eam minui, vix alioqui licita, quanto ardentius attendet, ne & illa, & matrimonium vnà sauciantur?*

VI.

Nam illud, quod maximè destinabam, in primis hinc dicitur, DEVM esse peculiarem vindicem matrimoniorum. Nesciebat Pharaon, Saram esse vxorè Abræ, & tamen ob eam, cum tota domo (aulici quippe eius & domestici adulatores arbitrique formarum, Saræ venustam speciem regi laudauerunt, & ad raptum consilio, manûq; iuuerunt) plectitur, immodò cum toto, ut dixi, regno. Quantum necesse est esse peccatum adulterium! Rectè igitur admonet S. Ambrosius: *Vnusquisque se castum prubeat; alienum non affectet torum; nec latendi spe, aut faciendi timore*

Psal. 104. 14.

Psal. 145.

Roderic. Sanctius part. 3. Hisp. c. 23. & Toletan. l. 5. rer. Hisp. c. 18.

S. Ambr. l. 1. de Abraham, cap. 2.

punitate alienam incestet uxorem. Non incuria, aut stultitia provocetur mariti; aut absentia longiore. Adest praesul coniugy Deus, quem nihil lateat, nullus euadat, nemo irrideat. Vicem absentis mariti tuetur; servat excubias; immo sine excubys deprehendit reum, antequam faciat, quod parauerit. In animis singulorum, in mentibus uniuersorum crimen agnoscit. Etsi maritum adulter sefellereis, non falles Deum. Etsi maritum euaseris, etsi iudicem fori luseris, non euades iudicem totius mundi. Ille grauius ulciscitur injuriam inopis, contumeliam imprudentis mariti.

Perfimile est, quod de eodem Abraham, in Geraris peregrinante narratur. Misit enim Abimelech rex Gerara, & tulit Saram. Venit ergo Deus ad Abimelech per somnium, nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tulisti: habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam, & ait: Domine, num gentem ignorantem & iustam interficies. Nonne ipse dixit mihi: Soror mea est: & ipsa ait: Frater meus est? &c. Ex qua historia multa veniunt consideratione digna. Nam & docetur, quantis homines periculis obijciat forma. Agnuit hoc Abraham, qui dixit de Sara uxore sua, soror mea est, qua alia de causa dixit, nisi quia sciuit plurimos formarum esse insidiatores? Vnde Abimelecho respondit: Cogitavi tecum dicens: Forstian non est timor Dei in loco isto: & interficient me, propter uxorem meam. Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei: dixi ad eam: Hanc misericordiam facies tecum: in omni loco, ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus sim. Quare non tantum timuit vxori suae, propter formam eius, sed etiam sibi, ne eius causa necaretur. Quam multos nouimus, ob vxorem, ferro aut veneno sublatos? adeo effrancis est libido, vt nec pudicitiae, nec virae cuiusquam parcat: neque alia est marito mortis causa, quam quod coniugem habeat formosam. Agamemnon quantus dux ab Aegyptio adultero interemptus est, qui vt Clytemnestra potiretur, per homicidium, sibi viam fecit? Igitur Aegyptium aliquem timuit Abraham; nec minus ipse de vita, quam Sara de pudicitia, periclitabatur. Verum est, Saram tunc iam fuisse nonagenaria; ea tamen adhuc etate, tam formosa erat, vt a rege appeteretur; quia nonagenarij tunc erant tam vegeti, ac nostri quadragenarij. Accedit,

VII.

Gen. 20. 2.

Ibid. v. 11.

Gen. 18. 12.

cedit, Saram præstanti fuisse temperamento; nunquam peperisse, nunquam lactasse; & vt Torniellus, cum quibusdam alij arbitrat, à multis annis, ex quo tempore scilicet sterilem esse certò deprehenderat, copula conjugali abstinuiffe. Enim spectant illa: *postquam consenui, & dominus meus verum est, voluptati operam dabo?* Hæc continentia, & illa, quæ diu vires & formam seruant. Sicut debilis complexio, crebri partus, lactationes multæ, frequens copulæ vsus, vires eneruant, rugas & senium accelerant. Perdurans ergo, vsque ad nonaginta annos, Saræ forma procos adhuc illexit excitauitq; , quæ faciet species puellæ octodecim aut viginti annorum? Tenent igitur castitatem tractant, qui inter has quotidie, sine omni clypeo versantur, toties vulnerandi, quoties alloquendi, à quibus mutuo metu, atque totis se montibus deberent separare. Sara timuit, Susanna non metuat? certè vtraque, vt visa, & est perichitata.

VIII,

Sed nouit castitatis amator Deus formam defendere, cum pudicitia coniungatur. Alioqui quid mirum est, si emat, quæ prostat? Tales merces facilè inueniunt emptores, si hæc faciant vanales. Illæ autem, quæ se ipsas custodiunt, etiam Numine custodiuntur; quod Saræ quoque contigit. Siquidem propter eam ab Abrahamo auulsam, dormienti Abimelech Angelus, per visionem, in imaginatione, objectam, illa verba Dei loquentis, & Abimelech respondentis ita efformauit, vt omnino videretur sibi cum Deo colloqui. Erant autem verminis grauissimis terrentia: *En morieris, propter mulierem, quam tulisti:* & addit causam: *Habet enim virum.* *Morieris*, inquit, scilicet, nisi eam sciens coniugatam, marito restituas. Et quæuis Abimelech verè se excusarit, se ignorasse eam coniugatam adeoque simplici, recto, & sincero se animo eam tulisse, atque ita ab adulterio innoxium fuisse: tamen non fuit innoxius ab injuria, tulit enim eam inuitam. Quamobrem vel hac de causa punitus est. Flagellauit enim itidem & illum summus iudex non modò sterilitate, sed & morbo grauissimo medicis ignocentibus, cumque impediante, ne Sara abuteretur. Qua in re, dum prouidit, impediuit, ne peccaret. Vnde dixit: *Et ego scio, quòd simpliciter*

corde feceris: & ideò custodiri te, ne peccares in me, & non dimisi, ut tangeres eam. Quibus ex verbis intelligent multi, cur sæpe occultis puniantur, aut velut fibula refrènentur, morbis. Vel enim peccaturi essent, sine hoc capistro, vel iam peccauerunt. Quid ni eos peccati non ignaros plecteret Mundi Rector? qui Abimelech, cum toto regno suo, inscium castigauit? Ipsum regem testem habemus: *Induxisti*, ait ad Abraham, *super me, & super regnum meum; peccatum grande.* Cùm enim populus sit aliquid Principis, & quasi pars quædam, siue membrum politicum, solet DEVS regna, propter regum peccata, castigare. Vocat autem *peccatum grande*, vel quia & materiale adulterium, quod ignorans commisisset, censet non esse parui faciendum; vel certè, quia grandem illius peccati vltionem plagamque *grande peccatum* appellandam arbitratur, cùm non rarò, ex effectu, causæ magnitudo possit iudicari. Viderint hïc, qui pensi nihil habent, quamcunque in feminam incidant. Nec enim rara est, & priuata hæc audentia, sed apud multos in consensum vertit, vt dum temerè cupidini litant; in adulteria incidant.

Gen. 20. 9.

Consimilia multa sunt diuinæ, erga coniugatos, prouidentie argumenta. Vt, cùm arsura esset Sòdoma, tunc enim Lotum cogebant Angeli dicentes: *Surge, tolle vxorẽ tuam, & duas filias, quas habes, ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarũ eius, eò, quòd parceret Dominus illi. Eduxerunt q̃, eum, & posuerunt extra ciuitatem, & ignem, & exitium. Famulos, & ancillas, & ipsos etiã generos, qui prædictioni fidẽ non adhibuerunt, in Sòdoma manentes, nequaquam, injecta manu, extraxerunt: extraxerunt autem filias virgines, & matrem virginum educatricem, vt coniugium Loti conseruaretur. Quod sanè cõseruatum fuisset, nisi curiositas, quæ multas perdit feminas, ex vxore statuã fecisset. Equè igitur DEVS matrimonij curã habet, in periculis flammarum, ac aquarum. Nam sicut Noë, cum vxore, in diluuiò; ita Lot, cum conjugè, in incendio, diuinam manum sensit auxiliatricem. Ioachim autem Susannam suam saxi, & calumnijs, quæ quouis saxo sunt duriores, liberatam, cum triumpho recepit: Susannam feminam omnibus numeris absolutam, stirpe, elegan-*

IX.

Gen. 19. 15.

Dan. 13. 2;

elegantia, educatione, pietate, opibus florentem, utpote, filiam Helcia, pulchrā nimis, & timentem Deum: parentes enim illius, cum essent iusti, erudierunt filiam suā secundum legem Moysi. Hæc talis quod non periculū peccandi deuenit? sed, quia Deum timuit, & vitiosos superauit. Quin & à senū, immò, & iudicū falsi testimonio, & à presentissima morte ac infami supplicio ereptus est, Deo Daniele mittere. Sic coniugi coniunx est, restituta

CAPVT XXVIII.

Eadem Dei cura prouidentiaq̄, in conseruandis matrimonijs, tam demonis, quam Sanctorum ope duplici, declaratur.

I.



Abellam quidam vocant, quod de nobili Lombardis refert Boccacius; quem ait, ad terram sanctam occidentem, Hierosolymitanæ militiæ nomen dedisse, domoq̄ue discedentem coniugi suæ annuli signatoriam partem alteram reliquisse, cum hoc pacto, ut, si intra triennium, ab ea die, non rediret, vxori liberum foret, arrha hac & symbolo neglecto, alteri cuiunque veller, marito nubere. Hac lege atque conditione facta profectus, in Iudæa captus est, ac in Ægyptum abductus. Ibi Sultano (quem jam olim, in Europa, peregrinantē, licet ignotum comissimo hospitio receperat patris eius) propter parentis humanitatem, viriq̄ue insignem prouidentiam & præclaram dignitatem, mox adeò placuit, ut eum honestè haberet, ac deinde probatis, diutinā familiaritate, cum moribus, omnibus illum rebus suis præficeret. Iosephum aliqui dixisses. Vertente triennio, hic talis oeconomus repente in extremam incidit tristitiam. Cuius causam Sultanus multis verborum blanditijs expiscatus, Dijs depulsoribus, seu Auerruncis opus esse censuit. Itaque magum aduocauit, qui illum, in lectulo pretioso consopitum, & magna auri gemmarumq̄ue viuentium, postrema trium annorum nocte, spiritibus baiulis, Pæpiam in summum templum, deferendum curauit. Aditus, et manè conspecto, trepidus fugit; ac dum alijs in via de specto narraret Ægyptio, obuiam iam virum eundem habuit, ad adu vxoris properantē, eodem die ipso ab alio sponso, vesperi, do-

mum